



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per
Quæstiones explicatur**

Eisengrein, Martin

Ingolstadii, 1577

VD16 E 795

XXIX. Vtru[m] Parochus, & Curatus vnius Episcopatus, possit sibi subditum
audire in alio Episcopatu.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30362

exerceat potestatem, quam accepit, dum fuit ordinatus. Cùm ergo recipienti Bullas, detur potestas subiiciendi se, cui voluerit, iam talis Sacerdos electus habet materiam & iurisdictionem circa illam, vnde nihil sibi deficit.

Sed quamuis prædicta doctrina fuerit ante Concilium Tridentinum inter Doctores triuialis, multumque recepta, iam tamen post prædicti Concilij determinatione Sessione Vigesima tertia Capite decimo quinto reformationis, nullus est idoneus ad Confessiones audiendas reputandus, nisi beneficium parochiale habeat, aut ab Episcopis per examen (si illis videbitur necessarium) aut aliàs idoneus iudicetur, & approbationem ab eis obtineat.

*Potestne Parochus & curatus vnius
Episcopatus sibi subditum audire
in alio Episcopatu?*

*Quæstio
XXIX.*

PARochus potest suos parochianos vbicunque terrarum, etiam extra Dicecesim, audire & absoluere; quia fit sine strepitu iudicij, & nemini vlla irrogatur iniuria. Similiter etiam Religiosus, qui facultatem habet sui Prælati Religiosorum Confessiones audiendi, quemcunq; subditum sui Conuentus potest vbicunque terrarum absoluere, præterquam à casibus reseruatis. Et sic, quan-

Responsio

L 7 do duo

Caput VI. De Ministro

do duo fratres de licentia Prælati peregrinantur, possunt se mutuò absoluerè, etià cum peruenerint ad alium Episcopatum.

Quæstio Potèstne curam animarũ habens, an-
XXX. tequàm sit Sacerdos, commissionem eligendi Confessarium dare?

Respõsio. **P**OTEST, vel hoc nomine, quia titulum habet.

Quæstio Potèstne excõmunicatus Parochus fa-
XXXI. cere copiã eligendi Confessarium?

Respõsio. **N**on potest, quia commissio illa est actus iurisdictionis, qua caret excõmunicatus, probabilè tamen est, commissionem talem legitimè factã, superueniente postea excõmunicatione, durare, quia illum actũ fecerat legitimè.

Quæstio Tenetũrne Parochus subditorum suo-
XXXII. rum Cõfessiones non solũ in Quadra-
gesima, sed etiam extra eam, quoties scilicet illi confiteri uelint, audire?

Respõsio. **D**ubium non est, quin Parochus subditorum suorum Cõfessiones eo tempore, quando uidelicet ipsi cõfiteri tenentur, utpote semel in Anno, & in articulo mortis ne-